



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Bonaventvra Episc. 14. Iulii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

præiverunt. Sed ô lepidam fortunam faciem ! Tantis belli Imperator ecce pueris vincitur. Obsidebat Trojanam Apuliam urbem, juratus nec imbelli acie parcere. Cives sive armati, sive supplices in urbem repulsi. Ad triarios nempe res rediit. Erumpit ergo aperta portam puerile totius Urbis agmen : signum Crux præit ; barritus unus omnium, idem Kyrie eleison auditur, quid multis ? primam pugnam HENRICVS capitur & Urbis libertate potitur. Adhuc gravior ille conflictus fuit, quem Mortuus cum acie infernam habuisse, Dæmonis, qui rem in suis oculis gestam narravit, fide creditur. Is enim viro Religioso exposuit, nutasse illic cum Lance HENRICI causam, donec iterum suppetias ferens Laurentius calicem sibi donatum pro clypeo objiciens rem restituit. Id nisi more suo Dæmon confinxit, præidentem esse oportet, cui cor non palpitat. Ex D.D. Bamberg. Jac. Gretseri.

S. BONAVENTURA EPISCO,

14. Julii.

CONTRA quam hodie fieri amat, BONAVENTURAM mater ultrò Deo & D. Francisco devovit. Apud hunc pietatem doctrinam ita junxit, ut dubiam altera alteri palmam faceret, Magnum testimonium Alexander de Ales

Ales est, non peccasse Adamum in  
 BONAVENTURA. Ipse D. Tho-  
 mas miratus raram in viro doctrinam,  
 bibliothecam suam ut monstraret, ro-  
 gavit: ille digitum in Crucifixum in-  
 tendit. Tantus ad purpuram tamen  
 plus ipsâ purpurâ erubuit, quin quod  
 aliquoties indignum se putavit, qui sa-  
 cro Epulo accumberet? Sed dignum  
 esse Angeli monstrarunt, cum felicem  
 sportulam ad os BONAVENTU-  
 RÆ ultrò portarunt. Moriturus cum  
 vomitu laboraret, lateri Cibum Divi-  
 num iussit adinoveri, & ecce inde ad  
 ipsum Cor se EVCHARISTIA  
 penetravit. Quid jam miramur hoc (vti  
 & caput) multis annis à morte inte-  
 grum ab omni tabe repertum esse?  
 Porro, dum vixit VIRGINIS unice  
 studiosus fuit. Itaque auctorem eum  
 Sodalitatum inter Laicos, quos vocant,  
 faciunt. Certè in D. Lucam ideò liben-  
 tiùs lucubrationes scripsit, quòd is de  
 VIRGINE plura suggereret. Pul-  
 sum quoque aris campani, quo exciti  
 sub noctem venerabundi ter MA-  
 RIAM salutamus, BONAVENTU-  
 RÆ instituit, rectè, cum humanas  
 linguas laudibus VIRGINIS suc-  
 cubere videret, in auxilium vocans  
 ferrea ora & ferreas linguas. *Ex vitâ*  
*St. Thom. Boz. 10.*

S. T V S.